

dispositione facere cessare provisionem illius, foeminas excludendo, vel non: *l. si fundum: §. stichum*, & ibi Baldus, *ff. de legatis 1. l. eum qui, in fine, ff. de his quibus ut dignis*, Alexander in *conf. 88. col. 2. n. 2. lib. 7.* Caltrensis in *conf. 185. Subscriptis egregius, in fine, lib. 2.* possit etiam diversimodè suam dispositionem facere, aut generalem, aut specialem, aut limitativam, vel restrictivam, aut respicientem aliquid substantiale ipsius dispositionis, vel accidentale; aut expressam, vel tacitam, Ruinus in *conf. 37. Circa legatum, col. penultima. n. 7. lib. 2.* Paris. in *conf. 58. Circa Primum, col. 2. n. 5. l. 2. plenè Ripa in l. 1. col. 7. usque ad 10. à n. 49. usque ad n. 74. ff. de vulg. & pup. subf. Decius in l. sicut certi, col. 3. C. de testamento militis, Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 1. cap. 2. à princ.*

Secundò constituendum est, repetitionis inducendæ, vel non inducendæ disputationem totam conjecturalem esse, & præsumptam; sicuti post Bartolum in l. Seia, §. Caio, n. 2. ff. de fundo instructo, & in l. in repetendis, post principium, ff. de legatis 3. expressè adnotarunt Caltrensis in *conf. 153. super 1. quæst. l. 1. Decius in conf. 190. col. 4. vers. Septimo, quod. Craveta in conf. 608. n. 9.* & cum aliis multis, Menochius lib. 4. præsumpt. 180. n. 3. & in *conf. 117. n. 60. lib. 2.* sic, ut conjecturæ in hac materia fallacissimæ esse possint, cum non solum diversi in variis, & diversas trahantur sententias, sed etiam ijdem sibi non consent, ut affirmat Mantica de conjecturis ultimarum volunt. lib. 6. tit. 13. sub n. 8. in vers. unde cum non solum, fol. mihi 243. & sentit Mieres de majoratu, 2. part. quæst. 6. n. 76. dum dicit, dolendum esse, quòd Parisius, Socinus, & alii in pluribus consiliis variaverint in hac materia; & modò unam, modò aliam sententiam probaverint: idcirco quamvis expressum dici solet, ac etiam evidenter, & clarè apparere id, quod ex conjecturis apparet, etsi verbis expressum non fuerit, licet Imperator, ubi communiter Doctores ff. de legatis 1. Decius in *conf. 584. n. 2.* Tiraq. in l. si unquam, in verbo, libertis, num. 52. & seqq. C. de revocandis donationibus. Zanchus in repetit. l. heredes mei, §. cum ita, num. 46. & seq. Molina de Hispanorum primogeniis lib. 3. cap. 4. n. 39. Mieres de majoratu, in initio 2. part. n. 6. Decianus in *conf. 41. n. 126. lib. 1.* Hippol. Riminald. in *conf. 116. ex n. 2. vol. 12.* Menochius in *conf. 95. n. 31.*

33. & 36. lib. 1. & specialiter provisum dicatur, quod ex mente, aut intentione disponentis apparet per conjecturas: *l. cum acutissimi, C. de fideicommissis.* Andr. Siculus de Barbacia in *conf. 11. col. 5. part. 2.* Signorolus in *conf. 176. n. 7.* & referens multos Tiraquell. de legibus connubialibus, verbo expez, glof. 7. voluntatemque ex conjecturis collectam, expressam voluntatem dici, censuerit glossa notabilis in l. Prætor, §. interdum, vers. expressum, ff. de novi operis nunciacione. Decius in *conf. 68. n. 13.* Antonius Thesaurus, decis. Pedemantana 248. num. 3. Simon de prætis, de interpretat. ultimar. volunt. lib. 2. solut. 5. à n. 14. fol. mihi 153. & dubit. 1. num. 173. fol. 248. & alii innumeri, quos sciens, consultoque prætermitto. Tamen, quia in conjecturanda, atque interpretanda defuncti voluntate sæpe decipimur, ut scribit Baldus in l. precibus, n. 23. C. de impuberum, quem referunt, & multis comprobant Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 1. cap. 1. n. 1. Mantica de conjecturis ultimar. volunt. lib. 3. tit. 2. n. 1. Tiraquellus in l. si unquam, in verbo, libertis. C. de revocandis donationibus. Peregrinus de fideicommissis, art. 11. ex n. 33. cum seqq. & n. 40. & mentem defuncti adjudicari difficillimum est: *l. ex facto, ff. ad Trebellianum*, cum notatis per Manticam de conjecturis ultimar. volunt. lib. 3. tit. 2. in princ. & vide tit. 4. Mieres de majoratu, in initio 2. part. n. 1. Menoch. alios referens in *conf. 117. n. 48. lib. 2.* ubi dicit, quòd interpretatio voluntatis testatoris, plena periculi est, & per sæpe in illius cognitione errare solemus: Simon de Prætis de interpret. ultimar. volunt. lib. 1. interpret. 1. solut. 2. n. 5. fol. 11. Socinus junior in *conf. 101. in princ. vol. 1.* Petrus Antonius de Petra de fidei-

commissis, quæst. 9. num. 28. fol. mihi 180. qui post Baldum ibi relatum, in proposito dicit, quòd ambulare dicimur in tenebris, cum agimus de interpretanda mente testatoris: cum quo locuti non sumus, & qui non potest modò mentem suam aperire. Tiber us Decianus, in *conf. 10. n. 71. vol. 3.* ubi refert Baldi ubi supra, & in aliis locis dicentem: quod de mente hom. inis nullum certum est testimonium, quia soli Deo nota est; ideò magis in hærendum verbis certis, quàm menti imaginariæ, & non certæ: ex eodem Authore, ex quo, & superioribus idem dicendum erit in terminis nostris, ut quoties voluntas testatoris expressa non fuerit, aut clara, incerta potius, & obscura, atque ex conjecturis colligenda, cautissimè agendum sit, & plura attendantur, quæ scribit Simon de Prætis, de interpret. ultimar. volunt. lib. 1. interpret. 2. solut. 1. per totam, fol. 68. & lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. solut. 1. & duodecim seqq. fol. mihi 45. usque ad fol. 64. ubi latius, & melius quam alibi congerit infinita, quæ in conjecturanda, atque interpretanda defuncti voluntate obscura attendi debent, ut interpretatio recta, & congrua dicatur: Petrus Magdalenus, de num. testimonium in testamentis requisito, 1. part. cap. 15. per totum. ubi de conjecturis ex testamento resultantibus, & qualiter, quove probationis genere probari debeant, latissimè, & utiliter tractat & illæ demum conjecturæ attendantur, quæ necessariæ, aut valde probabiles sint, aut concludentes: ut cum multis scribunt Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 3. tit. 3. n. 10. Decianus in *conf. 10. n. 71. vol. 3.* Marcus Antonius Peregrinus, qui multis confirmat, de fideicommissis, art. 11. n. 39. & seqq. fol. mihi 90. & colligantur ex dictis, & dispositis per testatorem: potius in *conf. 14. n. 2. & in conf. 2. n. 4. & seqq.* Tornielus in *conf. 43. n. 1. & seqq.* Parisius, in *conf. 87. n. 18. vol. 2.* Bursatus in *conf. 51. n. 9. vol. 1.* Cagnolus in l. 1. n. 52. C. de pactis, Marzarius in *conf. 7.* Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quæst. 9. n. 6. & n. 143. Quod in materia, de qua agimus, rectissimè adnotavit Molina de Hispanorum primogeniis, l. 3. cap. 4. n. 38. & alibi sæpe eod. c. & cap. seqq. dicens, foeminas propter masculos remotiores, ex conjecturis non aliter exclusas censendas esse, aut repetitionem masculinitatis non aliter induci posse, quàm si conjecturæ indubitata fuerint: Mieres de majoratu, 2. part. quæst. 6. n. 2. & n. 6. in fine, ibi: Non privantur evidentissimè, aut per indubitabiles conjecturas, & n. 21. & n. 23. in fine, ibi: Nisi ubi privatio sit expressa, vel per tam evidentissimas conjecturas, ut salva mente testantis ab eis recedi non possit. Et sequuntur Alvaradus, de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 4. n. 7. in fine, & n. 32. ibi: Evidentissimè exclusio probanda erit. Joannes Gutierrez in *conf. 13. n. 14.* Alex. Raudensis, qui refert molinam, de analogis lib. 1. cap. 15. n. 292. Petrus Surdus in *conf. 316. ex n. 31. lib. 3.* ubi dicit: quòd masculus remotior, ut ad successionem admittatur, exclusa foemina proximiori, induci non potest, nisi evidenter, aut clarè constet de testatoris voluntate: Burgos de Paz in *conf. 29. n. 66. & in repetitione proemii legum Tauri*, ubi dicit: Quòd, ut foeminas exclusas esse judicemus, expressissima verba esse debent: & infra dicemus, n. 149. & ultra relatos ibi. idem notavit etiam Decianus, in *conf. 12. n. 21. lib. 1.*

Tertiò & principaliter, ac pro generali, & vera hujus materiæ regula constituendum est, repetitionem, aut restrictionem masculinitatis, legitimatis, seu aliarum qualitatum præcedentium, totam pendere à voluntate testatoris: Bartolus in l. Seia, §. Caio, ff. de fundo instructo, & in l. avia, & in l. Julius Paulus, ff. de condit. & demonstrat. Albericus in l. Titia, §. 1. ff. de verborum obligationibus. Alexander in *conf. 50. in fine, & in conf. 66. col. 2. n. 3. lib. 2.* Oldradus in *conf. 151.* Craveta in *conf. 135. n. 14. & seq.* Menochius in *conf. 111. n. 88. lib. 2.* Simon de Prætis de interpret. ultimar. volunt. lib. 2. interpret. 4. dubit. 2. solut. 2. n. 132. fol. 266. Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, art. 16. n. 10. fol. 144. idcirco,

idcirco, cum expressa, aut clara, five etiam præsumpta fuerit voluntas testatoris, qualitates præcedentes repetere volentis, aut restringere, foeminasve proximiores propter masculos remotiores excludere, vel non excludere, illa omnino & præcisè observanda est; quod ultra relatos supra eleganter probavit Hippol. Riminald. in *conf. 112. num. 48. & num. 53. lib. 1. & in conf. 746. num. 9.*

10. lib. 7. ubi cum Aretino, Alexandro & aliis notavit, quòd repetitio qualitatum, vel conditionum, fit, vel non fit, ex præsumpta mente disponentis, ac etiam impeditur, ubi aliàs de jure fieri debet, si constat de tacita voluntate testatoris: & exemplum ponens, rectè advertit Molina de Hisp. primogen. lib. 3. c. 5. & eum non referens Alvaradus de conject. mente defuncti, lib. 2. c. 3. §. 4. n. 1. ut puta, cū institutor Majoratus dixerit, quod ad sui majoratus successionem vocet masculos proximiores, & quòd nullo pacto vult, quòd foemina in majoratu succedat, sed quòd semper propter masculos etiam remotiores lineæ, & gradu, excludatur: quo casu dubitatio locus esse non potest: vel cum per viam regulæ generalis, qualitatem masculinitatis apposerit, ut si dixerit: Volo, quòd semper in hoc majoratu masculi, & non foeminae succedant: tunc enim, five in principio, five post vocationes, aut substitutiones clausulam hanc adiciat, quamvis in quibusdam gradibus, aut substitutionibus qualitatem masculinitatis omiserit, illa ad omnes gradus, & personas pertinere debebit, & verbum filius in aliqua parte adjectum, de masculis intelligendum erit, ex eodem Molina dicto cap. 5. num. 62. ubi refert alios. Decipitur tamen eo loco, dum existimavit (ad quod nullus animadvertit) masculos ad exclusionem foeminarum proximiorum ex vi repetitiva in proposita specie includi: quod sentit aperte, dum expendit doctrinam Bartoli, de qua ibi mentionem facit: cum tamen veritas multò fit in hoc casu ex vi comprehensiva, non ex repetitiva, ad exclusionem foeminarum masculos etiam remotiores admitti, ex resolutis per Doctores in l. mulieri & Titio, ff. de condit. & demonstrat. Oldradus in *conf. 185.* Rolandum in *conf. 27. num. 6. & 7. lib. 1.* Franciscum Pifcinam in l. si unquam, in verbo, libertis, num. 37. C. de revocandis donationibus, & dictis per eundem Molinam, lib. 1. cap. 5. num. 9. & quatuor seqq. Quare qualitas masculinitatis, etsi in aliquibus fuerit omisa, in omnibus, qui successuri sunt, censetur requisita & comprehensa. Expressum enim dicitur, quod ex præcedentibus, aut sequentibus verbis, errore, aut oblivione disponentis apparet fuisse omisum: *l. 1. vers. sin autem, ff. de hereditibus instituendis, l. cum pater, §. cum imperfecta, ff. de legatis 2.* Caltrensis in *conf. 60. in fine, lib. 1.* Tiraquellus congerens nonnulla in proposito in l. 7. connubiali, à num. 180. Simon de Prætis de interpret. ultimar. volunt. lib. 2. interpret. 4. dubit. 2. solut. 1. num. 31. fol. 257. aut quod ex proemio, five ex præfatione dispositionis colligitur, ut in nostro casu; quæ præstat lumen, ac intellectum ipsi dispositioni, & inducit causam, & rationem finalem ipsius: ut cum aliis multis observant Molin. de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 5. ex num. 1. cum multis seqq. Mieres de majoratu, 1. part. quæst. 15. num. 10. & 2. part. q. 3. num. 21. & num. 28. & in initio 2. part. n. 43. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 4. cap. ultimo, ex n. 9. Menoch. lib. 6. præsumpt. 2. Achilles Pedrocha in *conf. 10. num. 123. & 124.* Præterea, si institutor majoratus in institutione illius profiteatur, se majoratum instituisse, ea ratione, ut bona perpetuò in agnatione conserventur: ex hoc solum foeminas propter masculos remotiores excludere, & qualitatem masculinitatis in uno loco, aut gradu dispositionis adjectam, ad alias personas, & gradus extendere voluisse videtur: in quo amplius non insisto; sed ad Molinam me remitto, qui de hac quæstione, & ratione ipsius, plenè tractavit. & in effectu sic resolvit lib. 3. de Hispanorum primogeniis, cap. 5. à num. 1. usque ad num. 10. & num. 18. & num. 58. & lib. 1. cap. 6. Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris, Tom. II.

num. 6. cui junge idem etiam tractantes, Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 1. & num. 24. Avendañum in l. 40. Tauri, glof. 9. n. 49. & 50. & ultra relatos ab eis, Menochius in *conf. 95. num. 24. 82. & 89. lib. 1.* Decianus, in *conf. 74. n. 54. cum seqq. vol. 3.* Simon de Prætis de interpret. ultimar. volunt. solut. 11. n. 3. fol. 147. ubi per totam illam solutionem à principio usque in finem, plenissimè tractat, & utiliter, an, & quando fideicommissum inducatur, five ampliatur, agnationis conservandæ ratione expressa: item conservandæ agnationis ratio quando dicatur expressa, & quando tacita; & infinita alia congerit, quæ utilissima esse possunt in hac materia, & Hispanorum majoratibus quotidie applicari: latè etiam agit Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, art. 30. per totum.

Denique, si majoratibus institutor, simpliciter, & absolute masculos ad successionem ejusdem invitaverit, nec de foemina in aliqua parte dispositionis meminerit, quamvis rationem conservandæ agnationis non expresserit, ex hoc solum agnationem conservare voluisse videtur, foeminasque propter masculos remotiores excludere: & quod fortius est; verbum ipsum, masculos, absque ulla ratione conservandæ agnationis expressa, vel subintellecta, sui natura exclusivè est foeminarum, quod amplius non fundo, sed utrumque ad Molinam remitto, qui plene tractat, & his quæ in contrarium moveri possunt respondet lib. 3. de Hispanorum primogeniis, cap. 5. à num. 25. usque ad num. 38. & lib. 1. cap. 5. num. 36. ubi rectè constituit masculinitatis expressionem præbere conjecturam, ut prospectum sit agnationi: quod dicit etiam Sylvester Aldobrandinus in *conf. 6. num. 43. lib. 1.* & cum Socino, Decio, Parisio, & aliis, Alexander Raud. in responso 35. n. 81. & 82. lib. 1. Albanus in *conf. 51. n. 8. & in conf. 54. n. 8.* Bonifac. Rogerius in *conf. 25. num. 35. lib. 1.* Hippol. Riminald. in *conf. 117. n. 17. lib. 2.* & vide in *conf. 738. num. 20. lib. 7.* & superiorem resolutionem sequuntur etiam, & multos alios sic tenentes referunt Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 6. & 7. per totum. Velasquez de Avendaño in l. 40. Tauri, Glof. 9. num. 47. & 48. Joannes Gutierrez in *conf. 13. num. 8. per totum*, ubi in proposito adducit doctrinam, & distinctionem Gregorii Lopez, Graffius receptarum sententiarum, §. fideicommissum, quæst. 12. num. 2. & quæst. 35. num. 2. Berous in *conf. 115. num. 4. vol. 2.* Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, art. 25. n. 11. fol. mihi 235. ubi dicit, quòd pro hac sententia est casus, in cap. Raynaldus, de testamentis, & art. 26. n. 22. fol. 249. Achilles Pedrocha in *conf. 22. num. 4.* Mazolus in *conf. 55. num. 55.* Cephalus in *conf. 330. num. 62. lib. 3.* Menochius videndus omninò in *conf. 95. à num. 51.* usque ad n. 65. lib. 1. Simon de Prætis de interpret. ultimar. volunt. lib. 3. interpret. 3. solut. 11. num. 5. 6. 7. & 8. fol. 147. & num. 65. fol. 155. pro quibus ponderari potest optimus textus (quem nullus ipsorum expendit) in §. cæterum, Institut. de legitima agnatorum successione, dum dicit: Quod ideo constitutum erat, quia commodius videbatur, ita jura constitui, ut plerumque hereditates ad masculos confluerent. Et sic in eo textu, verbum, masculos, simpliciter prolatum solum agnatos masculos comprehendit; agebatur enim de materia, in qua versabatur favor agnationis; nam cognati jure civili non admittentur ad hæreditatem, sed à Prætorè, tertio ordine per bonorum possessionem vocabantur: *l. 1. ff. quis ordo in bonorum possessione servetur.* textus in principio Institut. de successione cognatorum. Unde ex prædictis verbum sequitur manifestè, & necessariò dicendum; Imperatorem ibi de masculis agnatis tractare, ut subjecta materia conveniat: & apertius exprimitur in principio illius textus, dum dicitur: Cæterum inter masculos quidem agnationis jure hereditas etiam si longissimo gradu sint, ultro, citroque capitur. Idque indubitabile quidem erit, si masculinitatis qualitas reiterata fuerit, aut in pluribus substitutionibus repetita; tunc enim ostendit aperte, agnationi fuisse prospectum: Socinus junior, in *conf. 22. col. 2. in princ. lib. 3.* & in l. cum avus, num. 83. D ff. de

*ff. de condit. & demonstrat. Parisius in cons. 7. num. 9. § 10. lib. 2. Riminaldus & Raudensis in locis relatis supra, num. 80. Surdus referens alios in cons. 396. n. 17. lib. 3. Bonifacius Rogerius in cons. 25. num. 50. lib. 1. Procedit etiam superiori resolutio, cum institutor Majoratus relictis propriis filiabus filios masculos ad successionem ejus invitavit, invicemque eos substituit, aut (quod indubitatum erit) si ad vocationem agnatorum etiam collateralium processit, & easdem filias reliquerit, tunc enim agnationem conservare voluisse, & feminas propter masculos remotiores in perpetuum exclusisse videbitur: quod egregie defendit Modernus Paris. in cons. 1. à n. 18. & duplex proponens exemplum in consuetudinibus Paris. tit. 1. de materia feudali, §. 16. num. 6. Antonius Galeatus Malvassia in cons. 76. n. 31. vol. 1. & confirmatur aperte, ex communi & magis recepta sententia Doctorum existimantium, conditionem si sine liberis, verificari tantum in masculis, quando testator propriam filiam exclusit, & masculos dumtaxat hæredes instituit: quam tenent, & singulariter explicat Socinus in l. cum avus, num. 80. ff. de condit. & demonstrat. Alciatus responso 52. ad finem, Decius, Jafon, Castrensis, Barbacia, Gratus, & Crotus, cum quibus Decianus in cons. 74. num. 17. vers. & ita etiam, vol. 3. Cephalus cons. 45. num. 4. & in cons. 45. num. 1. vers. Octavo, quoniam, lib. 1. Menochius in cons. 95. num. 30. lib. 1. Simon de Præcis in cons. 161. num. 13. § 14. Hippol. Riminald Mazarius, Berous, Pancirolus, Curt. junior, Calcaneus, Rubeus, Alexand. & alii, quos sic defendens, congestit in unum Pedrocha in cons. 5. num. 27. § segg. Jacobus Mandellus de Alba in cons. 29. num. 9. Mantica de conjecturis ultimæ volunt. lib. 1. tit. 14. n. 20. vers. Tertio etiam. Grassus §. fideicommissum, quest. 12. num. 2. & pro hac parte multum urgent, aut verè concludunt fundamenta, quæ adducit Menochius dicto cons. 95. à num. 25. usque ad num. 31. lib. 1. à quo num. usque ad num. 56. eruditè, & subtiliter omnibus satisfacit, quæ in contrarium excitari, aut moveri possunt; sic ut eis responderi necessarium non sit, sed dumtaxat satisficere nonnullis, quæ Hispanorum primogeniis applicando, in contrarium ex nostris adnotavit solus Velasquez de Avendaño in l. 40. Tauri Glof. 9. n. 82. 85. § 87. ubi non omnes, sed nonnullos ex prædictis referens, in ea opinione est, ut existimet solam hanc conjecturam non sufficere, ut feminæ proximiores propter masculos remotiores excludantur, nisi ex aliis conjecturis constiterit, Majoratus institutorem agnationem conservare voluisse: In quo decipitur equidem prædictus Author, tum propter contrariam sententiam eorum Authorem, tum supra retulimus in contrarium, & rationes eorum quæ magis concludunt: tum etiam quia in proposito casu, institutor Majoratus, qui relictis propriis filiabus, masculos tantum ad successionem invitavit, nulla alia de causa id fecisse dici potest, quam ut agnationem propriam conservaret, ut in terminis annotarunt permulti, quos superius adduximus, & infinitos referens Menochius dicto cons. 95. num. 105. Hippol. Riminald. in cons. 47. num. 19. vol. 1. Bonifac. Rogerius in cons. 25. num. 64. § 65. lib. 1. Albanus, in cons. 87. num. 14. Idcirco pro expressa haberi debet, ex sententia Glossæ in l. quamvis, C. de fideicommissis. ex qua communiter & passim adnotare solent Doctores, quod pro expressa habetur ratio subintellecta, quæ unica imaginari potest in testamento, & eam multis exornant D. Anton. de Padilla, ibidem, Molina de Hispanorum primogeniis lib. 1. cap. 5. num. 9. Bonifacius Rogerius in cons. 41. num. 48. § num. 49. lib. 1. Simon de Præcis de interpret. ultimæ volunt. lib. 2. solut. 5. num. 31. fol. 154. & latius eodem lib. solut. 2. num. 106. fol. 265. § num. 107. § tribus segg. Decianus in cons. 31. num. 96. § in cons. 74. num. 23. vol. 3. Mantica de conjecturis ultimæ volunt. lib. 6. tit. 14. n. 20. Grassus receptorum sententiarum, §. fideicommissum, q. 4. num. 21. Alexander Raudensis de analogis, lib. 1. cap. 15. num. 90. fol. 64. Alvaradus de conjecturata mente defunctorum lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 5. ubi cum Molina, & aliis*

in nostra materia expressim constituit, agnationis conservandæ rationem expressam censeri, tamen in dispositione non exprimitur, ubi ea sola, & non alia reddi potest, & tamen pro hac sententia ultra prædictam rationem, quæ multum adstringit, urgentissimæ sunt conjecturæ, & rationes adductæ per Menochium ubi supra, ut aliter confirmare superfluum, & absque utilitate sit. Quicquid aliter teneat Avendaño ubi supra, dicto n. 87. qui tamen si Menochium & alios recentiores prælegisset, fortassis ab hac sententia non recessisset: pro qua etiam faciunt resoluta à Mieres de majoratu, 2. part. q. 6. num. 70. & in terminis Hippol. Riminaldus in cons. 389. num. 1. § 2. in cons. 457. num. 9. § tribus segg. vol. 4. securè probat, & refert plures alios sic tenentes, quod testator substituens filio suo decedenti sine filiis masculis fratres, & ipsorum filios masculos exclusa filia, id videtur fecisse ratione conservandæ agnationis, nec exclusio feminæ, masculinitatis qualitas expressa, propter aliud videntur apposita.

Quartò & principaliter constituendum est in hac materia, repetitionem præcedentium induci, & feminas propter masculos remotiores excludi, non solum in casibus præcedentibus; ubi est expressa testatoris voluntas, aut pro expressa haberi debet; sed etiam in aliis pluribus casibus, in quibus ex conjecturis elici potest testatoris voluntas. Conjecturæ autem variæ sunt, & diversæ; variæ etiam, & multæ dictiones, rationes, & causæ; ex quibus repetitio induci, aut cessare debet, sive propter quas in præcedentibus dicta, ad sequentia trahuntur: & feminæ propter masculos remotiores exclusæ censentur, vel non: de quibus eleganter, & late per Mol. de Hisp. primogeniis, lib. 3. cap. 4. § 5. & alios plures, quos infra suo ordine commemorabo. Ex illis autem legendi erunt omnino ex nostris, Burgos de Pace, Alvaradus, Mieres, Avend. Joannes Gutierrez, & Joannes Garfia; exterorum verò Menochius; Peregrinus, Decianus, Riminald. Simon de Præcis, Raudensis, Pedrocha, & cæteri referendi infra.

Deinde notandum omninò consilium Baldi (quod est singularissimum in hac materia, & quotidie allegatur) 153. Quidam testator, lib. 5. ubi eleganter & magistraliter docuit, repetitionem omnem tacitam procedere, aut ratione copulæ, vel conjunctionis, quia sunt plura legata copulata, vel per dictionem, & vel, item, & similes alias dictiones conjunctionivas, vel connexionivas, vel quia reguntur ab eodem verbo, & determinantur ab eodem actu verbi determinantis, aut regentis totam orationem, aut per identitatem rationis, quando subest ratio repetendi antecedentia in sequentibus, & sic in summa explicavit totam hanc materiam, constituendo, tres causas esse tacitam repetitionem inducentes, videlicet copulam, identitatem orationis, & identitatem rationis è converso tres causas esse repetitionis exclusivas, videlicet adverbativam, ut quia est ibi dictio sed, vel secus, & similes, diversitatem, sive separationem orationis, & temporum, & diversitatem, sive adverbationem rationis habentes: nam habentia inter se adverbativam rationem, non habent ad invicem tacitam repetitionem, ex eodem Baldo in dicto cons. 153. ubi litera est multum corrupta, sed ita restitui debet, ut advertit Modernus in consuet. Parisien. tit. 1. de materia feudali, §. 37. Glof. 1. n. 3. & Baldum sequuntur Mieres, Joannes Garfia, Decianus, Raudensis, Riminaldus, Pedrocha, & alii referendi infra, Menochius lib. 4. præsumpt. 180. num. 4. Marius Anguissola in cons. 190. lib. 1. Simon de Præcis, de interpret. ultimæ voluntat. lib. 2. interpret. 4. dubitat. 2. solut. 2. num. 164. fol. 268. § lib. 4. dubitat. 10. num. 106. § 107. fol. 348. & ad hæc in effectu reduci debent infinita, quæ licet diversis modis, & in variis & multis locis adnotarunt Scribentes in hac materia, & à doctrina superiori fundamentum sumunt: maximè adnotata per Molinam lib. 3. d. cap. 5. num. 59. § 60. Ruini etiam resolutiones in cons. 124. num. 5. paulò ante finem, & in cons. 168. num. 13. lib. 3. cujus distinctionem sequuti sunt Mantica de conjecturis

ultimarum voluntatum, lib. 11. tit. 13. num. 10. in fine. Molina dicto num. 6. sed novæ non sunt, ut nonnulli scribentes crediderunt; imò ex prima parte distinctionis Baldi deducuntur aperte, nec ipsi tribui debent.

Quintò & principaliter constituendum est, ad concordandas Abbatis, & Ananiæ contrarias sententias in quæstione agitata supra, ex num. 7. cum segg. & num. 25. § segg. permulta quidem scripta, atque excogitata fuisse ab infinitis Authoribus, de quibus infra: verè tamen nonnulla eorum, vel falsa esse; aut si vera, non perfectè, nec absolutè intellecta, sive omnes casus non continentia, vel sæpe involuta, & aliis contraria; quod ex dictionibus infra constabit. Molinam verò; lib. 3. de Hispanorum primogeniis, dict. cap. 5. num. 57. § 58. (quem multi sequuntur) rectè constituisse, Ananiæ sententiam opinionio Abbatis contrariam, regulariter veriore esse exceptis casibus quibusdam ibi enumeratis: cum illa fortiores habeat, & meliores pro se rationes, & majori Authorum numero sit munita, ut supra vidimus, & infra dicemus.

Nec obstant fundamenta adducta pro contraria parte. Et primò non obstant ea; quæ diximus supra, ex num. 10. usque ad num. 15. quod præcedentia declarant, sive determinant sequentia, & è contra; & una pars testamenti aliam declarat; & voluntas testatoris in substitutionibus talis esse præsumitur, qualis fuit in institutionibus. Quibus diversimodè responderi potest; sed aliis consultò omisiss, responderi primò, ut prædicta non contradant, quoties de contraria voluntate testatoris in contrarium apparet: tunc enim voluntas testatoris omninò observanda est; nec ab aliis vocationibus, aut substitutionibus argumentum sumitur. Sed in casu proposito de contraria voluntate disponentis apparet aperte: quoniam ex quo testator in una parte testamenti, sive in una substitutione, aut vocatione posuerit in conditione, aut vocaverit solum masculos; & non in alia, declaratur vera mens, & voluntas ejus, ut voluerit conditionem ad masculos restringere in ea substitutione aut vocatione, in qua filiorum masculorum non fuit facta mentio quia si repetere conditionem, aut qualitatem masculinitatis voluisset, utique exposuisset: argumentò textus in l. unica, §. fin autem ad deficientes, C. de caducis tollendis, & descendantium, filiorum, aut liberorum nomen adjectum, feminas sicut masculos comprehendit: l. liberorum, l. iusta, ff. de verborum significatione, cap. quod dilecto, de consanguinitate & affinitate, l. 2. § 3. tit. 13. partit. 6. Alexand. in cons. 160. lib. 2. Berous in cons. 129. num. 6. lib. 2. Menochius in cons. 318. num. 5. lib. 4. & in cons. 200. lib. 2. & præsumpt. 84. num. 35. § segg. lib. 4. Burgos de Paz in cons. 29. num. 39. Alexander Raudensis de Analogis, lib. 1. cap. 15. num. 301. & in responso 35. n. 1. § segg. lib. 1. Decianus in cons. 1. num. 207. lib. 1. Antonius Thesaurus decis. Pedemontana 269. Simon de Præcis de interpret. ultimæ volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. solut. 11. num. 24. fol. 150. idcirco, qualitas masculinitatis adjecta in una substitutione, aut in una parte testamenti, in alia repetita censeri non debet; prout in terminis nostris eleganter respondet Decius in cons. 599. num. 6. & ipsius nullam mentionem faciens, Alexander Trentacinquius de substitutionibus, loco, & numero statim referendis.

Secundò responderetur, quod repetitæ qualitatis regula procedit in favorabilibus, non autem in odiosis: quod scribit Decius in cons. 167. col. fin. Hippol. Riminald. in cons. 632. num. 90. lib. 6. & cum multis Menochius in cons. 117. num. 46. lib. 2. (infinitis præfens dicitur odiosa, que prætermittitur: sed materia præfens dicitur odiosa, quia per repetitionem dictæ qualitatis fit differentia inter masculos, & feminas, quod valde odiosum est: l. maximum visum, C. de liberis præteritis, l. 3. tit. 13. part. 6. cum adductis per Molinam de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 4. à princ. maxime num. 15. § 19. Decium in cons. 372. num. 1. Sigismundum, inter consilia feudalia, cons. 39. num. 21. § 22. Burgos de Pace in prælo Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris Tom. 11.

Velasquez de Avendaño in l. 20. Tauri, Glof. 9. num. 1. § segg. Mieres de majoratu, part. 2. quest. 6. à princ. ergo censeri non debet facta repetitio, ed præfessim, quod nunquam censetur repetita qualitas, quando ex repetitione inducitur aliquid contra jus commune: Gozadinus, in cons. 9. num. 36. Ruinus in cons. 187. num. 10. lib. 3. Molina lib. 3. de Hispanorum primogeniis, cap. 5. num. 57. Simon de Præcis de interpret. ultimæ volunt. lib. 2. dubit. 2. solut. 2. num. 165. fol. 268. Hippol. Riminald. in cons. 632. num. 90. lib. 6. Achilles Pedrocha in cons. 5. num. 71. 72. § 73. sed ex dict. repetitione in casu nostro induceretur contra jus commune, quod feminæ excluderetur, quæ regulariter admitti debent, ut infra dicitur: idcirco qualitas masculinitatis non debet censeri repetita.

Tertiò responderetur, minimè urgere, quod substitutio debet regulari secundum institutionem: l. i. C. de impuberum, cum aliis similibus. Quia hoc est verum, quoad partes institutionis, & substitutionis: prout loquitur textus in dicta l. 1. cum similibus: secus est in alia qualitate extrinseca; quia conditio apposta in institutione, non censetur repetita in substitutione: l. sub conditione, ff. de hæredibus instituendis, & ideo illa qualitas masculorum, quæ extrinsecus venit repetita non videtur; ut eleganter declarat Decius, qui breviter, substantialiter tamen, & utiliter loquitur in hac materia in cons. 599. num. 6. versic. ultimò non obstat. & vide illum per totum consilium.

Secundò non obstat argumentum desumptum ex l. si viva matre, C. de bonis maternis. quod quis feminas proximiores excludit, ultiores etiam excludere velle credendus est. Cui etiam diversimodè responderi posset ex his, quæ in terminis adnotarunt Parisius in cons. 47. num. 78. vol. 3. Socinus junior in cons. 13. num. 34. lib. 3. Nonius in cons. 10. num. 21. Ruinus in cons. 124. num. 5. vers. non obstat etiam vol. 3. Cephalus in cons. 45. num. 23. & in cons. 46. num. 30. 31. § segg. lib. 3. & plures resolutiones ordine recentet Decianus in cons. 1. à n. 186. usque ad n. 198. vol. 2. & in aliis consiliis referendis infra, Riminald. etiam, quem infra suo ordine referam. Sed his consultò omisiss, ad propositum nostrum responderetur, doctrinam prædictam fundari in præsumpta testatoris voluntate, quæ ex identitate rationis deducitur, ut constat ex his, quæ scripserunt Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 5. num. 41. Mieres de majoratu part. 2. quest. 6. à num. 52. Salazar de usu & consuet. cap. 12. n. 68. § 73. cum segg. Avendaño in l. 40. Tauri, Glof. 9. à n. 77. Grassus receptorum sententiarum, §. fideicommissum, q. 15. num. 2. Idcirco cum verba, sive rationes dispositionis contradicunt, voluntas illa præsumi non potest; in contrarium potius induci debet: ut in casu præfenti, in quo præsumptæ illi voluntati plures, & probatissimæ conjecturæ contrariantur; de quibus supra diximus; nec verba dispositionis refragantur, repugnant; imò, cum in ipsis qualitas ea expressa non sit, sed forsan consultò omisiss; & sic cessare debet regula dicta l. si viva matre, cum aliis similibus: ut scribunt Antonius Rubeus in cons. 22. n. 12. Modernus in consuet. Parisien. tit. 1. §. 16. num. 7. Molina lib. 3. dicto cap. 5. num. 48. Mieres de majoratu, part. 2. quest. 6. num. 46. in fine, § num. 65.

Tertiò non obstat textus in l. Julius Paulus, 80. ff. de condit. & demonstrat. & in l. cum servus, 81. ff. eodem tit. quæ duo jura expendit Mieres dicta quest. 6. num. 79. Sed mirandum est, virum equidem eruditum, literæ, & casus illius textus immemorem, in ipsius allegatione deceptum: textus enim in dict. l. Julius Paulus, aperte probat contrarium ejus, ad quod adducitur: nam utcumque sit, repetitionem ibi cessare, sive conditionem Glossa, verbo, necessitudinem. Bartol. in summano, & in distict. num. 1. idem Bartol. in cons. 3. incip. Titius condidit testamentum. & sequantur Rubeus in cons. 68. num. 1. Arcinius in cons. 1. num. 12. § 13. Menochius, lib. 4. præsumpt. 180. num. 46. & in dict. l. cum servus, ex voluntate testatoris intelligitur